



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In Qua Tractatur De Contractu Et Sacramento Matrimonii

Bosco, Jean a

Lovanii, 1678

Concl. VIII. Conditio impossibilis aut turpis, adjecta Matrimonio, rejicitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73432)

de Appellat. Solicitudinem, & infra de Cens. cap. Olim causam. Et post pauca sic ait eadem Gloss. Protestatio non valet, ubi protestans per contrarium factum directè obviat suæ protestationi, ut in dictis decret. c. Solicitudinem, & cap. Olim causam, nisi hoc faceret iusta de causa, ut in dicto cap. Perlatum.

286. Videtur protestatio valere.

Cur ergo non valeat protestatio, quæ fieret ante coitum in casu proposito? Non enim est contra substantiam facti vel rei, super qua fit; neque protestans per contrarium factum directè obviat suæ protestationi, cum coitus non sit infallibile signum consensûs matrimonialis de præfenti, quàmvis in casu proposito præsumatur esse tale signum, quia non præsumuntur coeuntes velle peccare; cum autem factâ illâ protestatione clarè constet, eos velle peccare, nullatenus talis coitus est signum absoluti consensûs matrimonialis de præfenti. Veluti si contrahentes sub conditione impossibili protestentur, se nolle abiter consentire, nisi eâ conditione eveniente, vitiatum Matrimonium; quàmvis alioquin seclusâ illâ protestatione, conditio illa haberetur pro non adjecta, & valeret Matrimonium, ut patebit ex Conclus. sequenti, quæ talis est:

CONCLUSIO VIII.

Conditio impossibilis aut turpis, adjecta Matrimonio, rejicitur.

287. Conditio impossibilis triplex est per naturam, & factum.

Conditio impossibilis quædam est per naturam impossibilis, ut: Si cælum digito tetigeris. Quædam jure impossibilis, quando scilicet jus oppositum jubet, ut: Contraho tecum, si liceat inter consanguineos contrahere. Quædam est ipso facto impossibilis, ut, si quis pauperi dicat: Contraho tecum, si centum mille aureos in dotem dederis. Quædam est naturâ suâ possibilis, at ex accidenti, aut ex lapsu temporis est impossibilis, ut: Contraho tecum, si es virgo, vel, Si pater tuus adhuc vivit.

288. Duplex est conditio turpis, contra & non contra substantiam Matr. Causius.

Sed & conditio turpis duplex est, quædam contra substantiam Matrimonii, de qua hic non tractamus; quædam autem non est contra substantiam Matrimonii, ut: Contraho tecum si furtum feceris; si homicidium feceris; de hac impræsentiarum agitur, & dici potest jure impossibilis, ut bene notavit Causius in Reg. 6. de Reg. juris in 6. ibi: Impossibilitas duplici ex capite oriri solet, aut quia natura impedimento est, aut quia jus vel boni mores vetant, ve-

luti rem sacram vel religiosam dari; l. Cætinus, 137. ff. de Verb. oblig. §. Cuius pro aut si furti aut alterius delicti nomine promissio fiat, l. Si plagis, 123. eod. tit. hæredis institutio, aut legatum à testatore ita relictum sit; Si parentibus alimenta præstitit; si ab hostibus patrem non redierit. Condiçiones, 9 ff. de Condit. instit. facta (inquit eleganter Papinianus) continent pietatem, existimationem, reverentiam nostram, & (ut generaliter dixerim) contra bonos mores sunt, nec facere nisi præsumendum, l. Filius, 15 ff. de Condit. instit. Junge & l. Nepos Proc. 125. ff. de Ver. signif. Hæcille.

Sed hoc interest (prosequitur) ut conditiones impossibiles, quæ ultimis voluntatibus adjiçuntur, & quæ compositis, ut illæ institutionibus, legatis, & de commissis adjectæ, pro non tenentur habeantur, in favorem ultimæ voluntatis, l. 1. & l. Condiçiones, 9 ff. de Condit. instit. siquidem in testamentis plenius interpretatio adhibetur, l. In testamentis, 12 ff. de Reg. juris; cum non tacite credendum sit, aliquem testamento suo aliquam adjectam impugnamum idem iudicium fore, ut de Test. milit.

In contractibus verò impossibiles conditiones adjectæ, infirmant ipsum contractum; cum contractus non eadem lenitate interpretationem à jure recipere potest minus favorabiles, cap. C. 6. in fin. extr. de Donat. Exemptio Matrimonio, cui si turpis vel alia materia possibilis adjiçatur, habet effectum adjectæ, & Matrimonium potest contractum intelligitur, idque in hoc Matrimonii. Nisi forte adjecta materia esset contra substantiam Matrimonii, si alter dixerit contrahentium: Contraho tecum, si generationem proli consero, donec inveniam aliam honore vel facultatiore; aut, si pro quæsi adhibente tradideris. Etenim hæc conditiones Matrimonio prorsus adversantur. Hucusque nihil.

Sed de his conditionibus in præf. Conclus. non tractamus, ut supra de aliis autem probatur Conclus. extra de Condit. appof. sequentis tenore: Condiçiones contra substantiam conjugii, quædam matrimonialis contractus, quædam non, quæ sit favorabilis, caret effectu. Quædam autem conditiones appofite in Matrimonio, si turpis aut impossibilis fuerint, debent, propter turpitudinem, pro non adjectæ haberi; hoc est, debet centeri tale Matrimonium, ac si non fuissent appofite tales conditiones, si fuissent appofite tales conditiones, tale Matrimonium non est, fin.

trimonium fuisset ita validum; ergo & nunc ita validum.

Qua autem ratione valere possit, istud hic disputatur. In hoc dubio, inquit Averla hic q. 5. secl. 4. res quidem ipsa, & loquendo in foro interno conscientiae, facilis est. Si enim is, qui contrahit sub conditione, verè apud se non habet animum absolute & simpliciter contrahendi, sed eà expressione intendit potius denotare, quòd sicut ea conditio evenire non potest, & certus est, quòd non eveniet, ita ipse alienus est ab eo conjugio, sic reverà nullum est Matrimonium, nullus contractus: quia sine proprio contrahentis consensu constare non potest, nec Ecclesia poterat hujusmodi consensum ex se in favorem Matrimonii supplere; nec oppositum eà lege statuerè.

Si autem non putabat conditionem esse impossibilem, sed possibilem; atque adè non habebat absolutum dissentium, sed alligabat suum consensum illi conditioni, reputatè possibili: tunc etiam dici debet, ex tunc nullum esse Matrimonium in se, quia in se certum est non eventuram conditionem, nec posse evenire: sed ad summum dicitur manere suspensus contractus, in opinione sic contrahentis, sive manere suspensa ejus notitia de nulitate contractus, quoadulque certioretur de conditionis deficientia & impossibilitate.

Si demùm ille verè & ex animo intendit contrahere, & illam conditionem impossibilem non ferit & ex intento apponit, sed potius joco & fictè, sic quidem valet, & ex tunc firmum est Matrimonium. Res, inquam, ita se habet, & in hoc DD. omnes conveniunt, & ratio ipsa ita demonstrat. Hactenus Averla.

Et simili modo loqui possumus de conditione turpi; si enim is, qui contrahit, reverà non habeat animum absolute & simpliciter contrahendi, sed suspendendi suum consensum à tali conditione, quam scit physicè posse evenire, & fortè eveniet, sic reverà nullum est Matrimonium, nisi conditio eveniat. Si autem putabat conditionem honestam, quae reverà est turpis, jam constat suum consensum illi alligasse, adedque tunc etiam dici debet, Matrimonium non valere, nisi reverà illa conditio eveniat, aut certè, nisi cognità inhonestate, consensus absolute & simpliciter praestetur. Si demùm ille verè & ex animo intendit contrahere, & illam conditionem turpem non ferit & ex intento apponit; sed potius joco & fictè, sic quidem valet, & ex tunc firmum est Matrimonium.

Quid ergo intendit Pontifex Greg. 9. quando in dicto cap. fin. simpliciter dicit, hujusmodi conditiones habendas esse pro

non adjectis, adeoque valere tale Matrimonium? Varii variè respondent, ut videre poteris apud Sanchez lib. 5. disp. 3. à n. 2. ipse autem, rejectis aliorum responsionibus, num. 18. sic ait: Verus intellectus dicti cap. fin. est: Omnes fideles dum Sacramenta recipiunt; censentur ea recipere, juxta Ecclesiae intentionem; & dum contractus ineunt Matrimonii, & norunt conditionem esse impossibilem, eamque rejici ab Ecclesia, & pro non adjecta haberi, sed praesumere consensum esse purum & absolutum; videntur velle purè contrahere juxta intentionem Ecclesiae, & ut ipsa Ecclesia praesumat, & judicat tale Matrimonium, nisi aliter explicent suam intentionem.

Supponit autem pro primo fundamento hujus intellectus, conditionem impossibilem, reputatam possibilem, non rejici à contractu Matrimonii vel sponsalium, sed suum sortiri effectum in utroque foro: unde, inquit, dict. cap. fin. intelligitur, quando sciebant contrahentes, conditionem esse impossibilem. Probatur: quia in testamentis, ubi conditio similis rejicitur, actus testandi sub conditione impossibili, quam testator impossibilem existimabat, est nullus, l. Servo manumisso, ff. de Condict. indebiti: Servo manumisso fideicommissum ita reliquit, si ad libertatem ex testamento pervenerit, post acceptam sine judice pecuniam; ingenuus pronuntiatu est, indebitis fideicommissi repetitio erit.

Ubi Gloss. verb. Ex testamento, sic interrogat: Sed nonne conditio est impossibilis, & ita pro non adjecta habetur, & valet legatum & solutum non repetitur, ut Instit. de hered. instit. §. antep. Resp. hic fuit apposta haereditas, hoc enim sonant haec verba, id est, si haeres enim manumiserit, & sic non valet relictum, ut Instit. de Legatis, §. fin. & solutum repetitur, ut hic. Vel dic, quòd non est impossibile, quantum ad opinionem testatoris, quae inspicitur hoc casu.

Respondet Pontius lib. 3. de Matr. cap. 3. n. 12. cum quibusdam DD. quos citat, in casu illius juris defecisse conditionem: Si probetur ex ad libertatem ex testamento pervenerit, quia per sententiam falsò ingenuus declaratus est, cum servus esset, ut indicat illud, Servo manumisso. Quare ideo fideicommissum defecisse censendum est, quia defecit conditio. Vel dici etiam potest, fuisse errorem in statu personae, & ideo vitiatam esse dispositionem ratione erroris. Hæc ille.

Et, ut verum fatear, varias habet explanationes dictus textus, ut videre poteris apud Glossam supra, quamvis explicatio Sanchii sit communis. Unde summarium illius legis sic sonat: *Conditio impossibilis, quam testator putabat possibilem, vitiat legatum. H. D. & ista est notabilis & singularis lex.*

Intellectus Sanchii.

294. Conditio impossibilis, reputata possibilem non rejicitur à Matr.

L. § 8. ff. de Condict. indeb.

295. An bene ad libertatem ex testamento pervenerit, d. l. § 8.

296. Probatur ex ratione.

Interim ab hac lege non pendet veritas illius sententiæ, quæ ulterius probatur ex ratione: quia (inquit Sanchez supra) licet conditio sit impossibilis in se, si tamen à contrahentibus reputetur possibilis & contingens, eandem vim habet in eorum animis & apprehensione, ac si verè esset possibilis & contingens; sed si esset possibilis non rejiceretur; ergo nec rejicitur dum possibilis existimatur.

Tertia probatio ex d. c. fin.

Tertia probatio sumitur ex d. cap. fin. ubi Pontifex eodem modo loquitur de conditione turpi & impossibili; sed turpis, reputata honesta, non rejicitur; ergo nec impossibilis, reputata possibilis.

297. Probatur 4.

Quarò probat Sanchez suam sententiam; quia Matrimonium contractum sub conditione impossibili, reputatur nullum, etiam in foro Ecclesiæ, quando constat ex aliquibus conjecturis, consensum conjugalem defecisse, ita ut contrahentes nullatenus vellent consentire, nisi impletâ conditione: sed possitima conjectura est, si illi credebant, conditionem esse possibilem: ergo in hoc eventu non rejicitur conditio, sed vitiabit Matrimonium. Hæc ille.

Oppositam sententiam docet Vasquez.

Oppositam nihilominus sententiam docet Vasquez de Restitutione cap. 7. dub. 10. n. 88. ibi: Sed adhuc universaliter est obervandum, quòd conditio, quæ putabatur possibilis & honesta, si postea appareat inhonesta, vel impossibilis, etiam in conscientia censetur, ut non apposita. Rationem adjungit: Quoniam si sciret testator, vel donans, non apposuisset illam.

298. Pontius distinguit.

Mihi videtur (inquit Pontius supra n. 11.) sub distinctione loquendum, juxta quam istæ sententiæ faciliè componentur. Aut certò constat, contrahentes vel testatorem eam existimasse possibilem, aut dubia est testatoris mens. Si primùm vitiatur contractus, non ex eo, quòd habeatur conditio pro possibili; sed quia, quando constat de mente contrahentis, & illum voluisse niti conditione, quæcumque illa sit, illud sequendum est. Si autem dubia mens fuerit, habetur pro non adjecta, juxta juris communis dispositionem; in dubio enim præsumitur pro testamentis & Matrimonii.

Et n. 13. ad 3. probationem Sanchez, sic ait: Sed dicendum eodem modo, & sub eadem distinctione loquendum de conditione turpi & inhonesta; si enim certò constet, judicasse illam honestam, certum est, non consensisse, nisi sub ea conditione; at si dubia sit mens, judicandum erit, juxta juris dispositionem in dicto cap. Itaque sic censendum erit, sive prudenter, sive imprudenter reputaverint, aut sibi persuaserint conditionem illam esse possibilem. Hæc ille.

299.

Sed nunquid contra hanc sententiam quid-

quam objicit Sanchez? Nihil omnino, quod quam id afferat Pontius sup. n. 12. Sed ipsissima ejus sententia, ut patet ex probationibus supra ex ipso allatis, quæ omnes proponunt, contrahentes reputasse conditionem possibilem & honestam, & certò id confirmat. Quid autem in dubio dicendum sit, hæc eadem non explicat Sanchez; sed alibi eodem cum communi sententia, in dubio judicandum esse pro valore Matrimonii, ut supra vidimus. Neque dicit Sanchez, vitiatur contractum ex eo præcisè, quòd habeatur conditio pro possibili; sed quia hæc est possibilis conjectura, ut ait in quarta probatione, quod sensum conjugalem defecisse.

Quid dicam de Vasquez? Haud video, quomodo possit ejus sententiam componi cum sententia Sanchez, cum factâ mentione dubii, simpliciter conditionem habendam pro non apponenda, neque ratio ejus tantùm procedit in casu dubio, sed etiam in casu certo. Et propositio sitio indefinita, quid ni debeat veritatem in casu certo? Quia autem sententia Sanchez communis est, & magis nobis placet, hinc ad rationem Vasquez.

Respondeo: voluntatem meam habebat & in sola animi præparatione, nihil operans in contractibus, maxime Matrimonii, requirunt omnimodam libertatem; hinc dicamus eum, qui contraxit sub conditione reverâ possibili & honesta, obligari ad conditionem non eveniat, si ita fuerit, ut si scivisset conditionem non evenituram voluisset contrahere.

Ut omittam, planè incertum est, si testator vel donans scivisset conditionem impossibilem, aut inhonestam, voluisset stari vel donare; quàmvis enim non videtur apponere illam conditionem, hinc certè sequitur, quòd voluisset absolute stari vel donare; sed fortè nec testator staret donasset. Aliud quippe est, non velle nec conditionem impossibilem, aut inhonestam, aliud velle absolute contrahere; si aliquis contrahit sub beneplacito patris, putat adhuc vivere, & si scivisset mortuum non voluisset absolute contrahere, vel commiseret sub beneplacito alicujus tertii, quòd bitat, an contractus sibi expediat; tantum si non apposuisset conditionem: Si mortuus fuerit, si scivisset eum mortuum, non statim licet inferre; ergo absolute voluit contrahere, casu quo pater foret mortuus. Hæc meo judicio est clara.

Proinde amplector sententiam Sanchez & dico: hujusmodi conditionem impossibilem & turpem, reputatam possibilem aut honestam, non suspendere contractum, nisi si conditionis eventum, sicut si verè possibilem & honesta foret, sed statim annullare. Matrimonium

BIBLIOTHEK PADERBORN

monium; adeoque ex tunc, quando cognoscitur impossibilitas aut inhonestas, contrahentes manere liberos ab obligatione, sive prudenter, ut supra dicebat Pontius, sive imprudenter reputaverint esse possibilem aut honestam, saltem pro foro conscientiae.

Alioquin, ut notat Sanchez sup. n. 10. non praesumeret Ecclesia, contrahentes reputasse conditionem esse possibilem, quando id absque omni prudentia esset. Caeterum (prosequitur idem Auctor) in foro conscientiae, quantumvis imprudenter reputent conditionem possibilem, vitabitur Matrimonium, quia deficit consensus: cum enim crederent, posse evenire conditionem, non videntur consentire, nisi in illius eventum, ut contingit in aliis conditionibus vere possibilebus. Atque haec de primo fundamento Sanchii.

Secundum fundamentum est: ut conditio impossibilis habeatur pro non adjecta, ultra cognitionem impossibilitatis conditionis, exigitur etiam, ut contrahentes consensu sint constitutionis dicti cap. fin. statuentis, eam conditionem haberi pro non adjecta, & ceteri purum Matrimonium. Probatur (inquit Sanchez sup. n. 11.) quia conditio impossibilis ex natura sua, & attentio frequenti loquendi modo importat disensum, dum enim petita negare volumus, dicere solemus: Dabo tibi, si caelum digito tetigeris.

Et hinc caeteri contractus, initi sub conditione impossibili, non valent. l. Impossibilis, 7. ff. de Verb. oblig. Impossibilis conditio, cum in faciendum concipitur, stipulationibus obstat. Et §. Si impossibilis, Instit. de Inutilibus stipul. Si impossibilis conditio obligationibus adjecta, nihil valet stipulatio.

Item l. Non solum 31. ff. de Oblig. & act. Non solum stipulationes impossibili conditione applicatae nullius momenti sunt: sed etiam caeteri quoque contractus, veluti emptiones, locationes, impossibili conditione interposita, aequè nullius momenti sunt. Et rationem continuò subjungit: Quia in ea re, quae ex duorum plurimorum consensu agitur, omnium voluntas spectatur, quorum proculdubio in hujusmodi actus talis cogitatio est, ut nihil agi existiment, appositae conditione, quam sciant esse impossibilem.

Ergo ut contrahentes Matrimonium sub hujusmodi conditione, censeantur, etiam in foro externo, habere eam pro non adjecta, & pure contraxisse, necessarium est, ut hujus constitutionis consensu sint; constitutio enim minimè obligat ignorantes, cap. 2. de Constit. ibi: Quoribus verò novum quid statuitur, ita solet futuris formam imponere, ut dispendiis praeterita non commendet. Ne detrimentum ante prohibitionem possint ignorantes incurere.

Immo non sufficit, si alter ex contrahentibus norit conditionem esse impossibilem, & jus, statuens eam haberi pro non adjecta;

quia Matrimonium constat ex utriusque consensu. Ex quo infert Sanchez supra n. 14. moraliter loquendo nunquam eventurum casum, in quo judicandum sit, etiam in foro externo, Matrimonium, contractum sub conditione impossibili, esse validum. Quia nunquam hoc jus notum erit, saltem foeminae contrahenti.

Sed objicies Reg. 13. de Reg. juris in 6. Ignorantia facti, non juris excusat; ergo ignorantia hujus constitutionis non excusat; ficuti non excusat ab irritatione Matrimonii, ignorantia constitutionis Concil. Trid. quae requiritur praesentia Parochi & testium.

Et verò Gloss. cap. 2. de Constit. supra allegato, verb. Ante prohibitionem, sic ait: Argu. Neminem ligari constitutione, antequam ad ipsum perveniat, ut 32. q. 4. Dixit Sara. Et 82. dist. Proposuit. Argu. contra 16. dist. Quod dicitis. Sed non est contra: quia ex quo publice promulgata est & publicata, omnes tenentur ad ipsius observantiam, & omnes ligati post duos menses a publicationis tempore elapsedos, nec est necesse ut singulorum auribus inculcet. Cum ergo haec constitutio fin. Greg. 9. publice sit promulgata & publicata, ligat omnes, etiam eos, qui per accidens eam ignorant; quia scire possunt & debent, antequam se tali Matrimonio applicent.

Respondet Sanchez supra n. 13. quidquid fit in foro externo, manifestum est, in foro conscientiae utramque ignorantiam, quamvis crassissima sit, excusare in hoc casu. Quia quaevis ignorantia consensum tollit, qui necessarius est ad Matrimonium, quamvis à culpa minimè excuset, nisi iusta & probabilis sit. Ut si crassissimè erraret contrahens in persona, putans esse aliam: sic ignorantia, quantumvis crassa, tollit consensum absolutum.

Immo & in foro externo excusabit ignorantia juris clari, si probari possit, ut de ignorantia impossibilitatis de jure conditionis docet Adrianus 4. q. 3. de Matr. dub. 11. ad finem. Immo & ignorantia hujus juris excusatur in foro externo. Quia ignorantia juris non excusat, quando est jus clarum & omnibus notum; sedus quando jus est obscurum, & in quo ipsi DD. varias professi sunt opiniones, quale est dictum cap. fin. cujus vera intelligentia & doctissimos laet, & tam varia est. Haec ille.

Quantum ad legem irritantem Matrimonium, contractum absque Parocho & testibus, fateor eam obligare ignorantes; ergo etiam constitutio Greg. 9. dicto cap. fin. negatur Consequentia. Ratio disparitatis; quia in hoc cap. agitur de consensu necessario ad contractum Matrimonii, quem Ecclesia non potest supplere, nec potest praesumere sine iusta causa; dum autem contrahentes ignorant

305. Objicitur Reg. 13. de Reg. juris in 6.

306. Solvitur ex Sanchez.

Quando ignorantia juris excuset.

307. Quare potius lex irritans Matr. clandestinum obliget ignorantes, quam d. cap. fin.

302. Pro conditio impossibilis habetur pro non adjecta

303. Caeteri contractus, initi sub conditione impossibili, non valent.

304.

305.

rant illam legem, non est iusta causa præsumendi consensum, sed potius dissensum, quando apponitur conditio impossibilis vel turpis. Porro Ecclesia potest per se irritare Matrimonium sine consensu contrahentium, & censetur velle irritare in casu ignorantia, quia tota ratio irritationis non minus reperitur in Matrimonio, quod contrahitur cum ignorantia istius legis, quam in eo, quod fit cum scientia; ergo non minus illud, quam hoc debet esse irritum. Et hætenus de secundo fundamento Sanchezii.

308. Sequitur tertium: Conditio impossibilis habetur pro non adjecta, quando dubia est contrahentium intentio, an animo consentiendi, vel potius irridendi, eam conditionem apposuerint: tunc enim favore Matrimonii præfertur pars illius conservatrix, & præsumit Ecclesia, ea verba accipi in sensu absoluto, perinde ac si conditio apposita non esset: ita ut conditio nil penitus operetur; in dubio enim pro Matrimonio iudicandum est, cap. fin. de Sent. & re iudic. cum enim vertatur periculum animæ, si forte separentur, qui legitime sunt coniuncti, & alii jungantur Matrimonio, eligit Ecclesia in dubio, quod animæ tutius est, satius enim est contra statuta hominum dimittere legitime conjugatos, quam contra legem Dei eos separare, ut habetur cap. Licet ex quadam, de Testibus, in fine: *Tolerabilius enim est, aliquos contra statuta hominum dimittere copulatos, quam coniunctos legitime, contra statuta Domini separare.*

C. 47 de Testibus.

309. Sed hanc rationem impugnat Perez de Matr. disp. 16. sect. 3. n. 12. quia adhuc manet animæ periculum, si permittatur cohabitare, si Matrimonium non fuit verum.

Resp. Dicast. Respondetur tamen facile, inquit Dicastillo hic disp. 5. n. 176. conjuges debere habere verum consensum in eo casu, quo iuste in foro externo & lege coguntur cohabitare, ut sic evitetur omne periculum peccati. Placet autem ratio alia Perezii, quod ideo sic statuat jus, quia nisi aliud constet, nemo præsumitur in re tam sancta & gravi joculari; atque adeo debet haberi conditio pro nulla. Hæc ille.

310. Alia solutio. Adde: quod in cohabitatione tantum sit periculum simplicis fornicationis; in separatione autem periculum injustitiæ & adulterii, ex duobus verò malis minus est permittendum & eligendum, quando alterutrum necessarîo permittendum & eligendum est. Ut omittam, posse hic evitari periculum fornicationis, si novus eliciatur consensus, ut mox diximus ex Dicastillone; non potest autem evitari periculum injustitiæ, quia si reverà Matrimonium valuit, injuste ab invicem separantur, & negatur de-

bitum conjugale. Optime ergo facit Dicastillo præsumendo Matrimonium. Ex dictis inferitur: si ex alio consensu certo constet, conditionem impossibilis joco appositam esse, absque vero animo consentiendi, tunc, etiam in foro externo, nullatenus habendam pro non apposita, sed irritare Matrimonium. Quia jam intentio contrahentium non est dubia, adeoque nullum periculum injustitiæ & adulterii in separatione; periculum verò fornicationis in cohabitatione.

Prima autem conjectura erit, quando contrahens expressit, nolle se aliter conditio, nisi eâ conditione eveniente. Quæ jam clarè expressit suam intentionem. Quæ cuncta est; si magna sit disparitas inter contrahentes. Quia hæc satis indicat dissensum & facit præsumere joco Matrimonium contractum. Vide Sanchezium lib. 3. disp. 15. num. 7.

Sanè, ut superius indicavimus, solentur mines apponere conditionem impossibilis potius ut significant dissensum, quam consensum; unde tamen tunc aliquæ conditiones hujusmodi impertur, ab hac contractus ille non subsistens; quæ verba contractus non significantur conditionem, sed conditionatum & dependentem à talis conditione, sed absolutum dissensum. Hic stillo supra n. 194.

Quod verò attinet ad conditionem, juxta frequentem usum (sicut Auctor n. 195.) turpes conditiones adijcere homines eo animo, ut perirent. Quare contractus tunc erit nullus, & nec contractus huiusmodi obligat sponfalitius communiter obligat completâ conditione. Interim aliquando appositio conditionis turpis, etiam sufficiens dissensum.

Hæc ratione potest absolute dici censeri, & nullo modo conditionatus, si quis fecerit, & honesta, & timorata conscientia, & cuius offertur Matrimonium, & non hoc recum, si mihi prius per meum, & si feceris; tunc enim probè sciens, & pudicam & honestam, nullo modo conditioni assensuram, perinde est, perinde cumstantis eam conditionem apponere, que velle dissentire. Unde prædictum æstimatur, non debet eum contrahentem conditionatum existimare, neque absolute, ita ut conditio habeatur pro adjectâ, quin potius idem erit talis conditionem apponere, atque contractum esse. Verum hæc & similia iudicio præstare expendenda sunt. Ita Dicastillo supra n. 194.

His itaque fundamentis innititur dictus lectus d. cap. fin. supra ex Sanchezio n. 194.

BIBLIOTHECA SACRÆ THEOLOGICÆ UNIVERSITATIS PADERBORNENSIS

de quo intellectu sic loquitur Aversa supra §. Sanchez. lib. 5. in fine: Hæc explicatio posset videri non magis apta textui, quam Sanchez censuerit alias relatas, sed fortasse aliquanto magis dura; sed ubi res est clara & textus obscurus, hæc quoque cum aliis expositionibus admittenda est.

Et verò quæ utilitas in ista constitutione sic intellecta, cum ipse Sanchez (ut supra audimus) scribat, moraliter loquendo nunquam eventurum hunc casum, in quo iudicandum sit valere tale Matrimonium, ex defectu scientiæ? Præterea; jus Canonicum rejiciens illas conditiones, non fundatur in scientia contrahentium; sed hæc potius subsequitur hanc constitutionem juris.

314. Responder Sanchez supra n. 20. concedendo, scientiam hujus constitutionis, non esse rationem, cui innitur Ecclesia ad rejiciendas has conditiones: sed, inquit, ratio fuit favor Matrimonii, ut Pontifex dicto c. fin. testatur. Verum scientia ejus constitutionis exigitur, ut in ea dispositum, locum habeat: nulla enim constitutio ignorantes ligat, cap. 2. de Confit. Hæc ille.

A quo si petas, in quo consistat hic favor Matrimonii? Responder n. 19. Potuit jus in cæteris contractibus disponere, ut conditio impossibilis haberetur pro non adjecta, & si id disponeret, valeret contractus, initus sub tali conditione, à scientibus, talem conditionem esse impossibilem, & rejici à jure: cum autem id non statuerit, cæteri contractus corrumpunt, si sub conditione impossibili celebrentur: Matrimonium autem, eò quod contractus favorabilis est, hoc speciale habet, ut ab eo ex statuto Ecclesiæ impossibilis conditio rejiciatur; ac proinde Matrimonium, eà adjecta contractum, quod aliàs, naturæ impossibilis conditionis relictum, irritum esset, manet firmum ac validum. Ita Sanchez.

Sed contra: moraliter loquendo nunquam eveniet casus, in quo Matrimonium hujusmodi maneat firmum ac validum juxta ipsum Sanchez, ut jam non semel diximus; ergo moraliter loquendo nullus favor fit Matrimonio per illam constitutionem. Et aliunde certum est, quod aliqua constitutio liget ignorantes, dummodo sit sufficienter promulgata, ut superius ostendi ex lege irritante Matrimonium clandestinum, & ex Glossa in d. c. de Confit. dedimus tamen aliquam rationem disparitatis inter legem irritantem & dict. cap. fin.

315. Similem hic subjungo ex Vasquezio de Restit. c. 7. dub. 10. ubi loquens non solum de Matrimonio, sed etiam de testamentis, à quibus similiter rejicitur conditio impossibilis & turpis, docet, eam in foro con-

scientiæ non esse rejiciendam, quando constat de contraria voluntate contrahentium, & probat. Primò: in legibus tantum dicitur: *Habeantur pro non adjectis*, id est, censentur, quæ verba præsumptionis sunt: unde si aliter constet de voluntate, non dubium, nisi quòd in conscientia ei dandum sit. Tum etiam, quia quàmvis lex humana, contractus, aliàs validos, possit efficere ex defectu solemnitaturn, vel alià ratione, irritos; quia facit personas inhabiles ad contrahendum, & ita licet consentiant verè, nihil operatur consensus; tamen non potest lex humana supplere defectum consensuum in contrahentibus, & contractum nullum defectu consensuum, quia erat sub conditione, repellendo conditionem, ratum efficere; quia est essentialis jure naturæ cuicumque contractui, consensum adesse contrahentium absolutum, quod lex humana variare non potest; cum ergo suppleri aliunde non possit consensus, nullus manebit contractus, jure naturæ.

Quàmvis enim in præscriptione bonorum, lex ob bonum publicum contra consensum domini elicitum, auferat bona, quia ob bonum publicum ita expedit, & quisque in hoc consentire debet: tamen in contractibus, si manent in contractus ratione, non potest suppleri voluntas contrahentium vel donantium, sicut nec in Matrimonio, quia est essentialis: cum ergo leges non velint tollendo conditiones extrahere à materia contractus, ut constet, non volunt supplere consensum, nec possunt; sed præsumunt illum, auferendo conditiones, aut negando repetitionem in exteriori foro. Si ergo voluntas verè fuit conditionata sub conditione turpi, impossibili, vel alia, non debet forum exterius reputare eam conditionem non adjectam, si de animo contrahentium seu donantis aliàs constet; solum in dubio, quando id non constat, forum exterius interpretatur; prædictas conditiones in hoc casu non esse reputandas ut appostas, quia interpretatur animum dantis noluisse conditionaliter sic dare. Hactenus Vasquez.

Et statim subjicit: Quòd ad cognoscendum animum donantis vel legantis sub conditione plurimum confert, an donans vel legans sit aliàs conscius juris; tunc enim jure optimo interpretamur, eas conditiones pro non adjectis habuisse testatorem, nisi aliis clarioribus verbis mentem suam exposuisset; si tamen testator vel donans aliàs ignorabat hanc juris decisionem, non videtur, quòd illius mens citra conditionem sit interpretanda, quia ipse nesciebat hanc conditionem esse rejiciendam; si enim scivit, & eà posuit, eo ipso videtur stare legis dispositioni. Hæc ille, ex Medina C. de Restit. q. 23. Porro

cienda in foro conscientie, ex Vasquez.

317.

In contractibus non potest suppleri voluntas contrahentium ex eod.

318.

Quomodo contrahentis animus indagandus.

319. Sanchez in testamentis & aliis contractibus putat hos leges in utroque foro servandas.

Porro quamvis Sanchez idem doceat de Matrimonio, ut satis constat ex supra dictis; equidem de testamentis oppositum sentit lib. 1. disp. 33. n. 2. dicens, Omnino tenendum est, leges has in utroque foro servandas esse, quamvis constet de contraria testatoris voluntate: quia non sunt poenales, nec falsae praesumptioni innituntur, sed sunt dispositivae, & adversus certissimam testatoris voluntatem, reiectis iis conditionibus, ob commune Reipublicae bonum, haereditatem vel legatum deferunt. Hæc ille.

320. Pontius arguit contra rationes Vasquezii, et si approbet sententiam.

At verò Bas. Pontius, ramesi placeat ei sententia Vasquezii; rationes tamen ipsius non omnino probat. Et in primis, inquit, planum est ex jure civili, conditionem impossibilem in contractibus non reputari pro non adjecta, sed infirmare contractum, Matrimonio excepto: haberi autem pro non adjectis in testamentis, institutione hæredis, legatis, & fidei commissis.

Deinde, inquit, non placet, quod docet, Remp. non posse supplere consensum in his contractibus & donationibus ex testamento. Est enim contractarius, Instit. de Mandato, in principio: *Mandatum contrahitur quinque modis &c.* & tamen revocata voluntate mandantis, valet, quod à mandatario postea gestum est, eo ignorante revocationem, non alia ratione, nisi quia ibi Resp. supplere consensum voluit & potuit. Quare in hujusmodi dominiis transferendis diceretur lex operari, sicut in praescriptionis lege.

321. Existimat standum voluntati testatoris, quando de ea constat. L. 69. ff. de Legat. 3. L. 19. ff. de Condit.

Idè ergo existimo, standum esse voluntati testatoris, quando de illa constat, quia leges id expriment; & quamvis potuerint, noluerunt tamen supplere consensum. Attendi autem debere voluntatem testatoris, non inspectis verbis, constat ex l. 69. ff. de Legat. 3. *Non aliter à significatione verborum recedi oportet, quam cum manifestum est, aliud sensisse testatorem.* Cui etiam favet, quod ait Ulpianus in l. 19. ff. de Condit. & demonstrat. *In conditionibus primum locum voluntas defuncti obtinet, eaque regit conditiones.* Illa ergo attendenda est, & si certò constet, illam sequemur; sin minus, conjecturis agendum est, an consensus in ea conditione impossibili adhibita defuerit. Ex quo ratio Tho. Sanchez manifestè refellitur. Hucusque Pontius lib. 3. c. 4. n. 4. & 5.

322. In Matrim. magis attendenda est voluntas contrahentium, quam conditio adjecta.

Ut sit de hac controversia, quæ non est propria huic loco, satis est ad nostrum propositum, quòd in Matrimonio voluntas contrahentium magis attendenda sit, quam conditio adjecta; quia in Matrimonio jus humanum non potest supplere consensum, quidquid sit de aliis contractibus, & idè quomodocumque intelligatur dictum cap. finale, certum est non habere locum, ne qui-

dem in foro externo, quando in eo probari potest, contrahentes non aliter voluisse contrahere, quam si in foro conscientie. Sicut (inquit Sanchez sup. n. 20.) de Baptismo & ceteris sacramentis, dum ea recipiens, non est contra de contraria intentione, judicandum est in utroque foro, juxta intentionem Ecclesie, si cepisse; ac proinde valida esse: sic de Matrimonio judicium ferendum est in utroque foro. Præterea: quia in eo dubio Ecclesia non caret in foro externo esse Matrimonium, ergo idem judicandum est in foro interno, ubi non proceditur ex falsa praesumptione, sed veritas cognita est, idem dicendum est in utroque foro. Hæc ille.

Igitur dicerem ego, præfatam esse intelligendum esse de conditione quædam pensiva; attamen in solo casu dubio, quando contrahentes dubitant, quæ conditionem contractui appoluerint, dum constat appoluisse joco cum animo solute contrahendi, etiam factum est positivo, haberi debet pro non adjecto, valet Matrimonium; dum autem contrahentes aliter noluisse contrahere, nisi in certa conditione, quidquid dicit, vel ut ius positivum, proculdubio non valet Matrimonium defectu conditionis.

Cæterum Pontius supra n. 9. quod si ipsi videtur interpretatio Sanchezii, vis probabilis sit, ut ait n. 8. & quæ auctoritate munita) amplectitur actionem Ferdinandi Rebelli lib. 4. n. 27. quæ docet, in prædicta conditione impossibilis vel turpi, si Pontifice eas conditiones, ratione pacti vel modi, & præmissis appositae esse, ut conditiones, quæ pacta, quæ in futurum oriuntur, si duo contrahant Matrimonium, ratione impossibili vel turpi per præsentem, nullo alio addito, ex quo mente judicari possit, non queat, an voluerint contrahere in ratione proprie dicta, & suspendenda sub modo, ita ut velint, contractum sum usque ad eventum conditionis, si sub modo, ita ut velint, contractum monii statim validum esse per conditionem solutum de præsentem, cum obligationem præstandi in posterum remanens sub conditione continetur, mensura præsumit, cum videat consentiam per verba de præsentem, adhibitas illas, ut modos & pacta, & non ut conditiones.

Est autem optima ratio præsumptionis eo desumpta; quia dum quis cum alio persona contrahit, non solet id ipsum in verbum & otiose facere; sed ut expectatæ & desiderio personæ satisfaciatur: non autem

B
Sac
Matrim

ceret, nisi saltem vellet, consentium illum esse de presenti, quamvis cum obligatione exinde orta adimplendi, quod in conditione expressum est. Atque ita admissio per Pontificem consensu de presenti, quem præsumit, repellit obligationem in iura ortam, adimplendi aliquid impossibile vel turpe, & vult haberi pro non adjectis.

326. Ex hac doctrina Rebelli colligit Pontius sup. n. 10. hanc constitutionem Pontificis in d. c. non esse novam constitutionem; neque enim utitur verbo: Statuimus, aut, decernimus, sed tantum, inquit, debere haberi pro non adjectis. Quare id declarat Pontifex, quod, lectulo omni jure positivo, erat semperque erit servandum. Nam oriri non potest obligatio ad impossibile, neque ad rem turpem, cum impossibilis & turpis nulla sit obligatio. Unde cum consensu absoluto de presentiposito, eoque etiam constituto Matrimonio, non potest oriri obligatio ad turpe vel impossibile, Pontifex, qui, quando non aliud constat, præsumit ex modo contrahendi, conditiones impossibiles & turpes positas esse tanquam modos & pacta, declarat, repelli debere à Matrimonio, & habendas pro non adjectis. Hæc ille.

327. Sed Dicastillon sup. n. 177. cum Aliis, quos citat, videtur, in illo textu Papam novum jus condere, in favorem Matrimonii id statuendo, quod non statuit in favorem aliorum contractuum, exceptis ultimis voluntatibus. Respondet autem ad fundamentum Pontii: Papam non uti verbo: Decernimus, aut simili, falsum est; ibi enim expressè habet, se id dicere, propter favorem Matrimonii: si autem id tantum statueret aut declararet, quod jus naturale habet, non esset locus favori specialis pro contractu Matrimonii præ aliis contractibus.

Contra ex Pontio sup. n. 11. Pontifex dixit, se id facere favore Matrimonii, quia in illius favorem præsumit, non appositas esse, ut proprias conditiones, sed ut modos & pacta, atque ideo repellendas, ne fortè cum injuria Sacramenti separet eos, qui sub modo, & non sub conditione propriè dicta contrahere voluerunt. Quàmvis ergo quod attinet ad præsumendum, adhibitas potius esse ut modos, quam ut conditiones, favor veretur Matrimonii; attamen ex eo, quod ex consensu absoluto de presenti, sub modo turpi vel impossibili, non oriatur obligatio, nullus versatur favor Matrimonii; sed idem dicendum erat secluso jure positivo. Atque cum hujus capituli decisione, sic intellecta, optimè congruit dispositio textus in c. 1. eod. t. de Condi.

quod alias difficilè explicari potest. Ita Basil. Infero ergo: ergo hæc constitutio Pontificis in dicto c. fin. est nova constitutio, neque solum declarat Pontifex id, quod secluso omni jure positivo erat, semperque erit ser-

vandum; quippe declarat, hujusmodi conditiones potius esse modos, quam proprias conditiones, quod secluso omni jure positivo non est servandum.

Præterea: cum hujus c. decisione, sic intellecta, haud meliùs congruit dispositio textus in c. 1. quàm si eam intelligas cum Sanchio de conditionibus propriè dictis. Sic sonat c. 1. Quicumque sub conditionis nomine aliquam desponsaverit, & eam relinquere voluerit, dicimus, quod frangatur conditio, & desponsatio irrefragabiliter reneatur. Ubi Gloss. verb. Frangatur, inquit: Intellige hoc caput de conditione turpi, quæ tamen non sit contra naturam Matrimonii: ut infra eod. c. ult. per quod intellige hoc cap. ut puta, Si furtum fecerit, si hominem interfecerit, talis conditio non impedit Matrimonium, imò pro non adjecta debet haberi, ut infra eod. cap. ult. ubi de hoc.

Præterea ar-
guitur con-
tra Pontii.

329.

Et sanè, quæ major difficultas in explicacione hujus c. sive intelligas conditionem propriè dictam, sive modum seu pactum aliquod? Nam semper respiciendum est ad intentionem contrahentium, & quando hæc dubia est, tunc præsumendum in favorem Matrimonii, vel joco illam conditionem suspensivam apposuisse cum animo absolute contrahendi, vel apposuisse instar alicujus modi seu pacti minime obligantis ex natura rei. Meo ergo iudicio, salvo meliori, parva differentia est inter intellectum Sanchii & Pontii; quia uterque intellectus fundatur in præsumptione, quando dubitatur, quæ fuerit mens contrahentium, & sive præsumas talem jocum, sive modum, à parte rei æquè multum erit.

Parva hic
est differen-
tia inter
Sanchium
& Pontium.

In hoc videtur præcellere intellectus Sanchii, quod intellectus Pontii & Rebelli minus propriè accipiat conditionem pro modo seu pacto, cujus servandi obligatio resultat ex contractu Matrimonio (de quo inferiùs latius agemus) sine ulla necessitate, & contra universum DD. torrentem, qui illum textum de conditione impossibili suspendente intelligunt, inquit Sanchez sup. n. 4. Et eod. n. circa finem sic scribit: Si Pontifex nil statueret de conditionibus impossibilibus suspendentibus, diminutus esset, cum de hujusmodi conditionibus in toto eo titulo non agat.

Nec obstat: quod 1. pars d. c. fin. intelligi debeat non solum de conditionibus suspensivis, sed etiam appositis per modum pacti seu modi; non obstat, inquam, quia talem intellectum exigunt exempla, quæ ibi exprimentur, ut patebit suo loco: at verò in 2. parte nullum verbum est, quod significat, Pontificem, per conditiones impossibiles seu turpes, intellexisse modos seu pacta, cum exclusionem conditionis suspensivæ. Si ergo (ut vult Pontius sup. n. 11.) Pontifex, dum in d. c. loquitur de conditionibus contra substantiam Matrimonii, sumpit conditionis nomen, sive pro conditio-

330.
Occurritur
objectioni.

D d d ne

ne vera & propria, sive pro modo & pacto ex quo probatur, quoddam loquitur de conditionibus impossibilibus aut turpibus in eod. c. fumpserit conditionis nomen pro solo modo & pacto? Non video ullam efficacem probationem.

Et idem consequenter dico: per conditionem impossibilem, Pontifex in d. c. intellexisse, non tantum conditionem de futuro, sed etiam de presenti & præterito. Ita docet Sanchez sup. disp. 4. n. 3. Pontifex vero, consequenter ad sua principia existimat, non intelligi nisi conditionem impossibilem de futuro. Probat: quia sola ista conditio potest apponi in Matrimonio, ut modus & pactum.

331. Sed quæ probatio nostræ sententiæ & Sanchezii? Prima sit; quia eodem modo rejicitur hæc conditio à Matrimonio, quo ab ultima voluntate, sed ab ultima voluntate rejicitur impossibilis de presenti, ut patet ex l. Si Mævia, ff. de Hæred. instit. Si Mævia mater mea, & Fulvia filia mea vivunt, tum mihi Lucius Titius hæres esto. Servius respondit, si testator filiam nunquam habuerit, mater autem supervixisset, tamen Titium hæredem fore, quia id quod impossibile in testamento scriptum esset, nullam vim haberet. Ubi Glossa verb. Vivunt, inquit: Id est, vivunt in præsentis tempore.

332. Secunda probatio; quia Pontifex dum d. c. fin. decernit, conditiones impossibiles rejiciendas esse, non idem id decernit, quia obligant ad aliquid impossibile; sed quia omnino impossibiles sunt: at tam impossibiles sunt sive apponantur de præterito, præsentis aut de futuro; ergo similiter sunt rejiciendæ.

Nec obstat: quod conditio de præterito aut præsentis sit minus propriè conditio; quia (ut ait Sanchez sup. n. 4.) textus ille non attendit ad proprietatem conditionis, quæ est suspendere; sed ad impossibilitatem, quæ æquè propriè reperitur in conditione impossibili de præterito & præsentis; quippe tam impossibile est, quempiam digito tetigisse cælum, aut tangere in præsentis, quam tangere in futuro; cur ergo conditio: Si tetigisti digito cælum, minus debeat haberi pro non adjecta, quam conditio: Si tetigeris digito cælum? Cur potius una præsumi debeat joco adjecta cum animo absolute contrahendi, quam alia? Non video disparitatem.

333. Si dixeris: conditio turpis de præterito vel præsentis non rejicitur pro non adjecta. Respondeo: disparitatem esse, quoddam turpis non rejiciatur eò præcisè, quoddam turpis sit; sed quia incitat ad peccandum; quare cum hoc solum inveniatur in turpi de futuro, solum turpis de futuro rejicitur. At impossibilis rejicitur, ut statim diximus, præcisè quia impossibilis est, quæ impossibilitas reperitur etiam in conditione de præsentis & præterito.

Urges: in eodem c. asserit Pontifex, conditionem contrariam substantiæ Matrimonii

annullare; sed non annullat, nisi quando de futuro; ergo & c. Respondeo cum Sanchez supra negando Conseq. quia conditio contra substantiam annullat, quia est obligatio implendum aliquid contra substantiam bonæ Matrimonii, quæ ratio solum habet cum in conditione de futuro; ac impossibilitas in utraq; reperitur. Cum ergo contra regulam sit: Ubi jus non distinguit, nec distingueret debemus absque evidentia ratione. c. autem fin. non distinguit inter conditiones impossibiles, nec sit evidens ratio distinguendi; nos quoque non oportet distinguere, si universaliter affirmare, conditionem contra præsentis, non vitare Matrimonium, sed debere haberi pro non adjecta.

Atque ex eadem regula res solvo non solum sup. n. 7. & Aliis, quos citat, perinde ac conditio jure sit impossibilis, an per conditionem enim hic & nunc de jure fieri non potest, tunc simpliciter impossibile est. Ubi tunc, quia fieri potest, quod pro alio tempore sit possibile; ac proinde, si conditio referatur ad hoc tempus, liquet, quod non sit impossibilis, adeoque minime repugnat.

Confirmatur hæc doctrina à Summo in testamento; quo rejicitur conditio impossibilis jure, l. i. ff. de Condit. instit. Sed in conditione, vel alio modo factam testator placet non vitari. Ubi Glossa verb. Mors est, aliàs, modo, de jure impossibilis, in conditione, sequentis tenoris: Contra bonos mores inseruntur rationes veluti si ab hostibus patrem suum vel si parentibus, patræno vel alim non detur.

Accedat l. Continuus, ff. de leg. 2. Cum quis sub hac conditione stipulatur, si sacram aut religiosam Titium veniat, omnino conditio jure impleri non potest, quæ ei non liceat, nullius momenti fore nem, perinde ac si ea conditio, quæ impossibilis est, inserta esset. Ubi Glossa verb. tur: Nam, inquit, non interest fore de re de jure impossibilitas sit. Si solum jure impossibilis vitat, si quid ni ea haberi debeat pro non adjecta Matrimonio?

Planè etiam in Matrimonio necesse est, ut conditio pro non adjecta habeatur eodem modo, ut notat Sanchez sup. ex Adria. de Matr. dub. 1. ad finem, certum hæc est, manifestum, conditionem esse contra substantiam impossibilem, secus si id sub præterito. Tunc enim non debet haberi pro non adjecta, quia non est cur præsumatur vitata sensus absolutus. Hæc ille.

Si objicias: jus facile varitari potest. Respondeo per d. leg. Continuus, in qua præteritam relatus actum subditur: Nec ad tempus

Pontifex in d. c. fin. etiam conditionem impossibilem de presenti & præterito intelligit, ex Sanchez.

331. Prima probatio.

L. 45. ff. de Hæred. instit.

332. Probatur 2.

333. Occurritur objectioni.

Alia obiectio solvitur.

333. Instantia diluitur.

B
Sac
P
L

timet, quod jus mutari potest, & id, quod nunc impossibile est, postea possibile fieri: non enim secundum futuri temporis jus, sed secundum presentis aestimari debet stipulatio. Satis ergo est, ut conditio dicatur jure impossibilis, ut secundum presentem juris definitionem sit prohibita, & ad illud tempus referatur, in quo prohibita est, ut supra insinuavi. Sicut conditio hæc: Si sol quiescit, dicitur natura impossibilis, quia talis est, attento presentis naturæ cursu, quamvis illum Deus immutare possit.

Sed quid si conditio solum facta impossibilis, & non per naturam? Ut: Si dederis montem aureum; Si imperium dederis; Si centum mille aureos in dotem dederis. Quidam existimant, has conditiones vitare Matrimonium, exemplo ultimæ voluntatis, quam vitiant, ut docet Gloss. Instit. de Hered. instit. §. Impossibilis, verb. Impossibilis conditio, dicens: Tribus modis potest dici conditio impossibilis, vel de natura; ut: Si cælum digito terigeris, hæres esto: ut inf. de Inutil. stipul. §. Si impossibilis. Item de jure; ut: Si patrem ab hostibus non redemeris, vel similit. Nam hoc facere nos non posse, præsumit jus, ut ff. de Condit. instit. l. Conditiones, Et in his duabus habet locum iste §. Impossibilis conditio in institutionibus & legatis, nec non in fideicommissis & libertatibus pro non scripta habetur. Item de facto; ut: Si montem aureum dederis, hæres esto. Et hoc casu non valet institutio vel libertas: cum nec animus dandi fuerit juris præsumptione, ut ff. de Statutib. l. Cum hæres, §. 1. Non est statuliber, cui libertas tam in longum tempus collata est, ut eo tempore is, qui manus missus est, vivere non possit: aut si tam difficilem, imò pendè impossibilem conditionem adjecerit, ut aliunde ea libertas obtingere non possit. Veluti si hæredi mulies (id est, millies centena millia numerorum) dedisset, aut cum moreretur liberum esse jussisset. Sic enim libertas inutiliter datur, & ita Julianus scribit; quia nec animus dandæ libertatis est.

Probat præterea hæc sententia ex l. Continuus, ff. de Verb. oblig. §. 4. ubi conditiones impossibiles de facto, non dicuntur simpliciter impossibiles, sed difficiles. Hæc sunt verba d. juris: Illud inspicendum est, an qui centum dari promissit, confestim teneatur: an verò cesset obligatio, donec pecuniam conferre possit. Quid ergo si neque domi habet, neque inveniat creditorem? Sed hæc recedunt ab impedimento naturali, & respiciunt ad facultatem dandi. Est autem facultas, personæ commodum incommodumve, non rerum quæ promittuntur: & alioquin, si quis Stichum dari sponderit, quæremus ubi sit Stichus: aut si non multum referre videatur, Ephesi daturum se, an quod Ephesi sit, cum ipse Roma sit dare spondeat. Nam hoc quoque ad facultatem dandi pertinet: quia in pecunia & in Stichis illud commune, quod promissor in presentia dare non potest, & generaliter causa difficul-

tatis ad incommodum promissoris, non ad impedimentum stipulatoris pertinet: ne incipiat dici, eum quoque dare non posse, qui alienum servum, quem dominus non vendat, dare promiserit.

Jam autem dicto cap. fin. solum rejiciuntur à Matrimonio conditiones impossibiles, non autem difficiles. Et aliunde dispositio Canonica concepta est ad similitudinem dispositionis civilis, id est, jus Canonicum, dum rejicit conditiones impossibiles à Matrimonio, voluit illi favere, sicut jus civile ultimæ voluntati, à qua rejicit conditiones impossibiles; si ergo jus civile non rejicit conditiones de facto impossibiles ab ultima voluntate, sed illam vitiant; similiter jus Canonicum non rejiciet eas à Matrimonio, sed illud vitiant.

Hanc sententiam cum Aliis, quos citat, sequitur Pontius lib. 3. de Matrim. cap. 3. n. 15. dicens: Retinendum censeo, quod Justinianus ait in §. Si impossibilis, Instit. de Inutil. stipul. eam tantum conditionem impossibilem rejici, cui natura impedimento est. Subdo verba istius §. Si impossibilis conditio obligationibus adjiciatur, nihil valet stipulatio. Impossibilis autem conditio habetur, cui natura impedimento est, quò minus existat: veluti si quis ita dixerit: Si digito cælum attingero, dare spondeas?

His tamen non obstantibus, Alii censent, eas rejiciendas esse, & probant: quia similiter rejiciuntur ab ultimis voluntatibus, ut docet Molina tom. 1. de Justit. tract. 2. disp. 206. n. 9. ex leg. Si quis ita institutus, ff. de Condit. instit. cujus hæc sunt verba: Si quis ita institutus sit, si monumentum post mortem testatoris in triduo proximo mortis ejus fecisset: cum monumentum in triduo perfici non possit, dicendum erit, conditionem evanescere, quasi impossibilem. Ecce, inquit Molina, conditio de facto impossibilis habetur pro non adjecta.

Respondet Pontius supra num. 16. judicari conditionem impossibilem per naturam; quia impossibilis est comparatione hominis simpliciter, quamvis ab angelo vel dæmone fieri posset.

Sed contra: ergo non debuit vocari à jure conditio quasi impossibilis, ibi: Evanescere quasi impossibilem, scilicet naturam, ut notat Gloss. ibi in exposit. casus, sed simpliciter, impossibilis, dicendo, Ut pote impossibilem, scilicet naturam; jam autem dicitur: Evanescere quasi impossibilem, id est, eo modo, quo impossibilis naturam evanescit; quia tam impossibile videtur tam brevi spatio monumentum facere, quam cælum digito tangere. Atque hæc fit secunda probatio sententiæ: tam impossibile, inquit ejus Auctores, videtur pauperi, dare centum mille aureos, ac cælum digito tangere, & tam irrisorium videtur illud, ac hoc petere.

D d d d 2 Hanc

338. Hanc sententiam sequitur Pontius.

S. 2. Instit. de Inutil. stipul.

339. Opposita probatur exemplo ultimæ voluntatis. Molina.

Resp. Pontii.

340. Contra arguitur.

Secunda probatio.

341. Hanc sententiam videtur sequi l. 6. tit. 4. p. 4.

Item Gloss. in d. c. fin.

342. Resp. Pontii ad l. 6.

Contra arguitur.

Non est hic distinguendum inter forum conscientie & externum. Et externum. ex Sanchez.

343. An conditio debeat esse impossibilis de facto, etiam respectu aliorum.

Hanc sententiam videtur amplecti lex 6. tit. 4. part. 4. ubi inter condiciones, quæ rejiciuntur à Matrimonio, ponit: Si dederis montem aureum. Nam eandem conditionem appellat l. 4. tit. 4. part. 6. impossibile de facto: & ita intelligitur prior lex de monte aureo artificiali, qui est impossibilis de facto; nam naturalis est natura impossibilis.

Idem sentire videtur Gloss. in d. c. fin. verb. Contra substantiam conjugii, ibi: Sunt & alie inboneste, turpes aut impossibiles, ut si dicatur: Contraho tecum, si furtum feceris, si homicidium feceris: Iste enim sunt turpes. Idem est si sit impossibilis, ut si dico: Contraho tecum, si dederis mihi Imperium; si digito cælum tetigeris, ff. de Injur. rup. secta. l. Cum in secundo, hujusmodi condiciones non sunt contra substantiam Matrimonii, & de talibus intelligitur, quod dicitur in fine: Si turpes aut impossibiles: Et ideo si apponantur, pro non adjectis haberi debent. Jam autem secundum Omnes: Si dederis mihi Imperium, solum est impossibilis de facto.

Ad hanc autoritatem Gloss. non responder Pontius, sed ad leg. 6. ait, eam intelligendam esse de monte aureo naturali, non artificiali; leg. autem 4. de monte artificiali, quem dixit impossibilem de facto, cum ibi loquatur de eo, quod per chemicam artem fieri potest.

Sed contra: si lex 4. loquitur de monte artificiali, unde probatur quod lex 6. intelligi debeat de solo monte naturali? Nonne utriusque juris argumenta nos docent, ea, quæ in principio, ad medium & ad finem: illa verò quæ in medio, ad finem atque principium: & ea quæ in fine, ad utrumque, vel eorum alterum sæpè referri? Ita testatur Nicolaus 3. cap. Exiit qui seminat, 3. de Verb. signif. in 6. Cur igitur quod dicitur Partita 4. tit. 4. l. 6. de monte aureo simpliciter, & absque ulla distinctione, non debeat referri ad id, quod dicitur Partita 6. tit. 4. l. 4. de monte aureo artificiali? Itaque nulla est ratio, vel assignetur, quare l. 6. quæ loquitur generaliter, debeat intelligi de solo monte aureo naturali, & non etiam de artificiali, de quo loquitur l. 4.

Neque hic distinguendum est (ut bene notat Sanchez sup. n. 13. in fine) inter forum conscientie & externum; quia ubi non constat de contraria intentione, idem servandum est in hac re in utroque foro, ut supra dixi.

Sed nunquid distinguendum inter conditionem impossibilem de facto, respectu solius personæ, cui proponitur implenda, & impossibilem de facto, etiam respectu aliorum? Ita distinguit Sanchez sup. n. 14. dicens: priorem (v. g. si à paupere petatur hæc conditio: Si dederis centum mille in dotem) vitare Matrimonium, si non impleatur. Posteriores

autem rejiciendam esse, tanquam impossibilem, favore Matrimonii, ut: Si dederis montem aureum; quamvis enim multis sacris congregatis possit contrui; at quia id non facile fieret, nec esset possibile aliquid proficere de facto, rejicitur tanquam impossibile favore Matrimonii. Et eodem modo intelligitur inquit Sanchez, conditionem illam, Si dederis mihi Regnum, aut, Imperium, reiectam quam impossibilem de facto. Quia est plusquam moraliter impossibile. Hæc illa.

Et quid si ego dixerò, etiam plusquam moraliter impossibile esse pauperi, dante centum mille in dotem? Quis me pultet ex errore? Quamvis enim hæc conditio impleri possit per alium, sicut & illa: Si regnum dederis, tamen tam raro eveniet, ut pro paupere det centum mille, quam ut Imperium. Si poneretur conditio centum florenorum, quamvis pauperis non idem censeri debet conditio mortis, aut plusquam moraliter impossibilis, quæ per accidens planè est, quod nemo respondetur, qui pauperi tam exiguum tantum prolel elargiri; non raro enim occurrunt, qui id vellent præstare, si rogarentur, licet non tam pecuniam; saltem parentibus, vel res rogando, posset conditio illa impleri, quamvis non sine difficultate. Et de talibus conditionibus, quæ moraliter impleri possunt impleri, quamvis non abso- cultare, intelligerem jura, pro adducta.

Dubitatur hæc etiam; an conditio natura sua est possibilis, v. g. Si per accidenti autem impossibilis, & per ratione, rejicienda sit, juxta dicitur. mant Aliqui apud Sanchez sup. n. 12. bant 1. quia si jam destituta est, non potest, cap. Si Paulus, 3. q. 1. denter loquar: cum omnia possit Deus, virginem non potest post rursam. Ita et mus in Epist. ad Eustochium. Ad partum enim non est potentia, Reg. ff. de Reg. juris: Verum est, neque quæ stipulationes factum posse tollere.

Probant 2. quia multi DD. addunt hanc conditionem: Si pater confiteatur quam impossibilem, quando confiteatur sciebant, patrem decessisse: sed hæc impossibilem ex natura sua, sed ex voluntate, quia scilicet pater obierat.

Tertia probatio sumitur ex l. Si illa ff. de Hæred. insti. ubi asseritur hæc conditio: Si filia mea vivit, hæres esse, quod testator nunquam habuit filiam, respicit do testator institutorem. Et reditorem sic valere institutionem. Et reditorem ibi: Quia id quod impossibile in testamento ipsum esse, nullam vim habet. Ubi dicitur verb. Impossibile, dicit, De natura. Ubi dicitur

B
Sac
p

plex argumentum colligitur; alterum, quia hæc conditio ex natura sua est possibilis & solum per accidens ex transcurso temporis præteriti, quia non habuit filiam, dicitur impossibile: alterum, quia eodem modo rejicitur conditio impossibilis à legato & à Matrimonio: si ergo hæc impossibilis per accidens rejicitur à legato, rejicietur etiam à Matrimonio.

345. Nihilominus oppositum docet Sanchez sup. n. 16. inquit: Absque dubio dicendum est, decisionem in d. cap. fin. intelligi de conditione, quæ ex se est impossibilis, secus de ea, quæ supràtè naturâ possibilis est, quamvis ex transcurso temporis, eò quòd ad præteritum, ut non transierit, minimè est potentia, sit impossibilis, talis enim conditio non rejicitur, sed si vera est, valebit Matrimonium, si verò falsa, vitabitur.

Et hæc distinctio est satis conformis juri. In aliis enim casibus multum operatur, conditionem non esse naturâ impossibilem, sed ex solo temporis transcurso. Ut, lex nihil potest fingere circa impossibile, l. Qui ad certum, ff. Locati ibi: Et idèd si interim dominus furere coeperit, vel decesserit, fieri non posse, Marcellus ait, ut locatio redintegretur, & est hoc verum. Et l. 6. ff. de Precario. Certè si interim dominus furere coeperit, vel decesserit, fieri non posse, Marcellus ait, ut precarium redintegretur, & hoc verum est. Et tamen quando res ex transcurso temporis est tantum impossibilis, habet locum fictio legis, ut cum Barr. docet Decius, l. Verum. 3. ff. de Reg. juris, n. 3. & sic l. Non dubium, C. de Legibus, pacta contra leges inita, pro infectis habentur fictione juris. Ita Sanchez.

346. Eandem sententiam probat Pontius lib. 3. cap. 3. n. 18. ex l. Cùm tale, ff. de Condit. & demonstr. ibi: Falsam conditionem Cassius & Cælius Sabinus impossibilem esse dixerunt: veluti Pamphilus, si quod Titio debeo, solverit, liber esto: si modò nihil Titio fuit debitum; quòd si post testamentum factum testator pecuniam exsolvit, defecisse conditionem intelligi, tamen si foret conditio ex accidenti seu lapsu temporis impossibilis; idque quia testator, solvens debitum, eo facto satis demonstrat, se à priori voluntate recedere, & legatum adimere.

Quid ergo respondendum ad probationes oppositæ sententiæ? Ad primam respondet Sanchez supra n. 18. id solum per accidens esse impossibile ex transcurso præteriti temporis. Ad 2. & 3. dicit, appellari conditionem ex accidenti impossibilem, quæ non rejicitur à Matrimonio & legato, quando immediatè, & absque ullo circuito, potuit esse vera, ut: Si pater tuus vivit; Si es virgo; secus quando non immediatè, sed longus discursus exigitur, ut sit vera, ut in l. Si Mævia,

exigitur enim ad veritatem illius conditionis, ut fuisset nata filia, & adhuc viveret. Et eodem modo; Si pater tuus consenserit, quando jam obiit, exigitur namque ut pater modo extaret, & ampliùs, ut consentiret.

Quod idem, licet obscurius, sentit Covarr.

4. Decret. 2. p. c. 3. §. 2. n. 3. ubi sic scribit: Secundò; hæc ultima illius cap. fin. pars, est intelligenda de conditionibus à natura impossibilibus. Secus erit dicendum in conditionibus, possibilibus à natura, ex accidenti tamen, vel ex lapsu alicujus in præteritum, quod redire non potest, impossibilibus. Sic enim contractum Matrimonium vel valet, vel irritum est, ex eventu conditionis. Adrianus in 4. de Matr. q. 6. Quemadmodum si quis contrahat cum fœmina sub hac conditione: Si es virgo: Si pater tuus vivit; quamvis enim præmissa corruptione sit impossibilis virginittatis conditio, sic etiam morte patris præcedente, est impossibilis vitæ conditio: tamen quia contingit ex accidenti, vel ex transcurso præteriti, quod redire non potest, & de se propriâ sui ipsius naturâ, virginittas in fœmina, & vita in patre ejus erant possibilis, non rejiciuntur hæc conditiones, sed vel statim valet, vel statim Matrimonium est nullum.

In quo quibusdam videri potest, Matrimonium ab ultima voluntate differre: quia in ultimis voluntaribus conditiones ex accidenti impossibiles rejiciuntur, & valet actus, l. Ab omnibus, §. In testamento, ff. de Legat. 1. l. Si Mævia, ff. de Hæred. instit. sed tamen illæ leges loquuntur de conditionibus, etiam à natura impossibilibus; non ex accidenti; nec ex facto præterito: quia quamvis possibile sit, aliquam habuisse filiam, tamen impossibile est, & fuit, eam vivere, si eam non habuit: quo fit ut leges illæ, etiam ad Matrimonium deduci possint.

Hinc fieri constat, ut si quis Matrimonium contraheret cum fœmina sub conditione: Si ejus filia vivit, nunquam tamen habuit filiam, impossibilis sit dicta conditio in specie, licet possibile esset, illam filiam habere, & eam vivere: sed quia eam non habuit, impossibile videtur eam vivere. Hactenus Covarr.

Et sanè conditionem hanc: Contraho tecum, si es virgo, non rejici à Matrimonio, docet cum Aliis D. Bonav. 4. dist. 28. q. 3. n. 13. ibi: Si autem consensus fiat per verba de presenti; aut conditio est præterita, aut præsens aut futura. Si conditio est præterita; ut: Accipio te in meam, si mortuus est pater tuus; vel de presenti, ut: Accipio te in meam, si es virgo, stante conditione, stat Matrimonium. Atque adeò, non stante conditione, non stat Matrimonium, juxta Doct. Seraphicum, cujus sententiæ libenter subscribo.

Aversa hic q. 5. sect. 4. §. Verum, sic ait: Aversa. Quod.

347. Pro sententia Sanchez citari posses Covarr.

Adrianus.

348. An in hac re Matr. differat ab ultima voluntate.

349. Hanc conditionem: Si es virgo, non rejici à Matr. docet D. Bonav.

Quocumque modo conditio sit impossibilis, eadem regula procedit. Nempe, Matrimonium in re non valere, si defuit animus contrahendi, sed valere, si adfuit: præsumi autem defuisse, vel adfuisse, pro circumstantiis dictis rerum & personarum. Et hoc, inquam, non solum quando conditio impossibilis est de futuro, sed etiam quando est de præterito aut præsentis. Non solum quando conditio est impossibilis ab extrinseco, ex qualitate talium personarum; sed etiam, quando est impossibilis ab intrinseco, & apud omnes. Et è converso, non solum quando est impossibilis ab intrinseco; sed etiam ab extrinseco. Ac etiam si solo lapsu temporis, & ex accidenti reddita sit impossibilis, tam immediatè quàm mediatè & per circuitum. Ac demum etiam si solo jure humano sit apud subditos impossibilis. Hæc ille. Tu cogita.

350. *Conditio perplexitatis vitiat.*
 Restat adhuc una conditio impossibilis, quam vocant perplexitatis, quæ non rejicitur, sed vitiat institutionem; ut notat G. off. §. Impossibilis, Instit. de Hæred. instit. verb. Impossibilis conditio, ibi: Item est quedam quarta impossibilitas, propter perplexitatem, quæ vitiat, ut hæc: Si Titius hæres erit, Sejus hæres esto, ut ff. de Condit. instit. l. Si Titius, sequentis tenoris: Si Titius hæres erit, Sejus hæres esto: Si Sejus hæres erit, Titius hæres esto: Julianus inutilem esse institutionem scribit, cum conditio existere non possit.

Ubi Gloss. verb. Inutilem: Ratio, inquit, est in evidenti: quia ut sit Titius hæres, oportet ut primò ejus conditio impleatur, id est quòd Sejus primò sit hæres, ut d. l. de Hæred. instit. Sed Sejus hoc facere non potest, nisi & sua conditio impleatur, scilicet quòd Titius primò hæres sit. Invicem ergo propter perplexitatem verborum, se impediunt. Sic inf. de Verb. oblig. l. Si Titius, & de Reg. juris: Ubi pugnancia. Sed ubi esset impossibilis de natura, vel de jure, valeret institutio, eà habita pro non scripta.

L. 188. ff. de Reg. juris. Subdo d. Reg. juris: Ubi pugnancia inter se in testamento juberentur, neutrum ratum est. Patet: cum enim par sit utriusque ratio, non constat, quod eorum tolli debeat. Atque hæc satis de conditione impossibili. Pauca subjiciamus de conditione turpi, quæ similiter ut supra vidimus dicto cap. fin. rejicitur à Matrimonio; de qua proinde eodem modo philosophandum est, ac de impossibili, cum & ipsa impossibilis sit de jure, ut in principio Conclus. notavimus.

351. *Vnde Ecclesia præsumat eam haberi pro non adjecta, & esse purum consensum.*
 Quæritur autem 1. unde Ecclesia præsumat eam haberi pro non adjecta, & esse purum consensum. Nam Ecclesia nunquam præsumit esse verum Matrimonium, ubi ex ipsa forma contractus non apparet consensus, aliàs temerariè & absque causa præsumeret; sed ex forma contractus, sub conditione turpi, non apparet consensus absolutus, cum

sæpè appetant homines eventum conditionis, ut si sit carnalis copulæ, v. g. Contractum, si mihi tui corporis copiam facias, &c. non est, cur præsumatur Matrimonium.

Si dixeris: Rationem esse, ne Ecclesia præsumat peccatum inductionis ad malum Contractum facit 1. quòd vitandum esse delicti præsumptionem, sit regula generalis, quæ omnibus rebus ac contractibus locum habet. l. 51 ff. Pro socio. Merito autem adjectionem ita demum furri actionem esse, si per falsum & dolo malo amovit: quia cum sine dolo non fecit, furri non tenetur. Et sane parum attendendum est, eum, qui partem domus est potius suo re uti, quam furri consensum tamen constat ex toto tit. ff. de Contractu turpem causam, non rejici conditionem, tamen à cæteris contractibus. Et illicitum civile esset in Matrimonio, cum tamen iurifex d. cap. finali asserat, rejici à Matrimonio ob favorem ipsius.

Secundò opponitur: quòd ad hoc non ferret delicti præsumptio, quæ est in rebus absque intentione alligandi ad malum, ut peccatum scandali, præbere aliam occasionem ruinæ; cum ignarus sit, quod vel vero animo adiciat conditionem. In argumentatur Sanchez sup. tit. 15. c. 3.

Quare (prosequitur a. 4. v. 2. v. 3. v. 4.) cur Ecclesia excludat eam conditionem ad peccandum incitat; quæ ceteris non possibilis: id enim possumus, quòd sumus, l. Nepos Proculo, ff. de Ver.

Subdo ego verba hujus legis, quæ in hac materia citatur: Nepos Proculum. Ab eo, qui ita dote promittit commodum erit, dotis filiarum aurei centum, puta sine potestate dote peti posse? Quid si in a potestate potuero, dote erunt? Quid si non habeat posterior obligatio, possunt modo interpretari? Utrum erit dote, an extante? Proculo. Cum dote promissit: Cum potuero, dote tibi erunt, existimo ad id, quòd aliam est conditionem redigendam esse. Nam qui promittitur, id loquitur, quòd ex his, quæ existunt, sensu. Propius est tamen, ut hoc non existimem, deducto ere alieno potero. Nam illa accipi significatio, cum filiarum mea potero, quæ interpretatio eo magis verda est, si ita promissum est: Cum dote erit, hoc est, cum sine incommodo meo potero.

Ergo id possumus, quòd iuste possumus, & id non possumus, quòd non iuste possumus; ergo hæc v. g. conditio: Potum feceris, est impossibilis; quia non possumus iuste furari, & ideo rejicitur à Matrimonio, quia, ut patet, incitat ad peccatum.

Nec obstat: quòd non rejicitur ab aliis contractibus; quia hic est peccatum

Bibliotheca
 Sacra
 Paderborn

favor Matrimonii, quoniam præ cæteris contractibus Sacramentum quoddam est, & res maximi momenti. Itemque contractus favorabilis; quem in dubio sic debemus explicare, ut valeat. Quare cum dubium sit, an illa conditio ferri, & animo non aliter contrahendi, adjecta fuerit, an solummodo præsumit Ecclesia in hoc dubio; joco adjectam, & non animo suspendendi, ut sic Matrimonium contractum magis valeat, quam pereat. Si autem aliunde constaret animus suspendendi, in utroque foro judicaretur non esse Matrimonium, ut supra diximus de conditione impossibili.

Matrimonium datur bimestre: at ea conditio intelligitur, si statim inito Matrimonio, feceris tui corporis copiam. Hæc ille. Sed dicit aliquis: non video, quâ ratione hæc conditio sic intellecta, suspendat Matrimonium usque ad ejus eventum; nam eventus supponit Matrimonium jam contractum, ut patet ex illis verbis Sanchez: *Si statim inito Matrimonio* &c. Ergo supponitur initum Matrimonium, antequam fiat copia corporis, ergo ab illa copia corporis, non dependet valor illius Matrimonii; sed potius à valore illius Matrimonii, pendet honestas ipsius copiam seu copula.

Sic dicitur Averfa hic q. 5. sect. 6. §. Verum; ubi ita scribit: Verum si hæc conditio accipiatur suspensivè, ita ut quis non intendat, ut perficiatur contractus, nisi eâ adimpletâ; est prorsus turpis & illicita; atque adeo se habet sicut de conditionibus turpibus in universum dicebamus, & dum ex animo apponitur, in re suspendit contractum, usque dum adimpleatur. Patet: quia si quis non intendat perficere contractum, nisi per executionem talis conditionis, jam prius debet adimpleri conditio, quam valere conjugium; ergo tunc copula non est conjugalis, sed fornicaria, quæ utique est illicita.

Quare illa conditio, suspensivè sumpta, non potest intelligi de copula conjugali, & sic non est intrinseca conjugio. Nec etiam de coarctatione talis copulæ intra bimestre, ut dicatur extrinseca, sed honesta. Sed aliter accipi potest in vim obligationis, ac si dicatur: *Contrahe tecum cum pacto & conditione; ut debeas copiam tui corporis mihi facere, sive determinando intra bimestre.* Et sic simpliciter quidem includitur in ipso conjugio. Cum hac verò determinatione, intra bimestre, superadditur ultra obligationem intrinsecam. Et obligabit quidem; quoniam est de re honesta & licita, & pars quæ sic promissit, cessit juri suo de bimestri. Si tamen nolit id adimplere, ad summum peccabit contra justitiam, seu promissionem; integrum tamen & firmum manet Matrimonium, nisi solvatur per realem professionem in Religione. Hucusque Averfa.

Sed dememinisse videtur ejus, quod scripserat q. 3. sect. 2. §. Rursus. Censetur, inquit, sufficiens signum Matrimonii, & consensus de presenti, si post sponsalia, & promissionem de futuro, sequatur actualis copula. Ita habetur expressè in jure cap. *Prebatio*, 2. cap. *Is qui fidem*, & cap. ult. de Sponsal. Et omnes DD. affirmant.

Et ratio est: quia Ecclesia, ne culpam fornicationis in tali actu agnoscat, omnimò præsumit copulam haberi vero affectu conjugali,

354.

355.

356.

357.

357. Sententia Averfa.

358. Suspensivè sumpta non potest intelligi de copula conjugali.

359. Actualis copula post sponsalia est signum consensus de presenti.

Prebatio.

jugali, & ita tunc perfici consensum de presenti, sufficientem ad Matrimonium. Adeo ut in hoc casu habeat locum illa præsumptio, quæ dicitur juris & de jure, contra quam non admittitur probatio, ut dicitur in cap. *Is qui fidem*. Quamvis si reverà uterque, vel alteruter è sponsis, non habeat verum consensum conjugalem internum, realiter & coram Deo non perficiatur Matrimonium, sed solum in foro interno præsumetur tale. Unde res se haberet, sicut quando quis fidetè & absque animo profert exterius verba consensûs.

360. *Quid si aliquis declarat, se illam copulam non habere animo maritali?*
 Quod si quis in habenda copula, expressè declarat, se illam habere non animo maritali, sed fornicario: tunc quidem cessat illa præsumptio, & non deberet censerî Matrimonium; quidquid contradicant plerique Juristæ apud Menochium de Præsumpt. lib. 3. Præsumpt. 1. n. 14. sicut si in contrahendo verbis Matrimonio, quis protestatur, se non habere animum contrahendi, non deberet censerî contraxisse. Et multò facilius est, ut quis habeat copulam animo fornicario, cum tam frequenter soleant homines in hoc peccatum incidere: quam ut contra expressam & seriam declarationem atque protestationem suam, habeat verum animum contrahendi. Hæc ibi Aversa.

361. *Oppugnatur sententia Aversæ.*
 Quæ si vera sunt (ut puto) quâ ratione verum erit, quod docet q. 5. sect. 6. §. *Verum*: Illa conditio (de habenda copula) suspensivè sumpta, non potest intelligi de copula conjugali? Nonne copula conjugalis est, secundum hunc Auctorem, quæ habetur post sponsalia, absolutè contracta? Cur ergo non erit copula conjugalis, quæ habebitur post Matrimonium, contractum sub conditione, de habenda copula? Siquidem in utroque casu, copula est signum absoluti consensûs de præsentî. Ergo vel in utroque, vel in neutro casu est copula conjugalis.

Opposita vera est juxta Aversæ principia.
 Ac proinde in illa sententia Aversæ, scilicet, quod copula carnalis possit esse signum sufficiens ad contractum Matrimonii, quam & nos defendimus Sect. 3. Conclus. 5. nihil officit, quin illa conditio: *Si copiam tui corporis mihi feceris*, suspensivè sumpta, intelligi possit de copula conjugali: secus in sententia Pontii, qui docet, ut loco statim citato vidimus, aliquid signum externum consensûs de præsentî præcedere debere istam copulam, ut sit licita.

362. *Ipsa est vera in principis Pontii.*
 Hinc consequenter Basilius bene docet, in casu proposito copulam illam non posse esse conjugalem seu licitam, nisi præcesserit aliud signum externum consensûs absoluti de præsentî. Subscribo ejus verba ex lib. 3. c. 8. n. 5. Ceterum mihi longè aliter dicendum videtur, & manifesto, ni fallor, fundamento; sive dicat: *Contraho tecum, si*

consenseris in copulam, sive, si concubis si intelligatur de consensu aut concubitu illicito. Matrimonium est purum; rejicitur enim contractum tanquam turpis conditio, & hoc omnes conveniunt. Si vero fermo de consensu licito, vel copula licita, potest esse Matrimonium suspensum, sed omnino perfectum.

Idemque ostendit manifesta ratio. Quod necesse est, ut id, quod sub conditione sit posterius ratione & naturâ conditionis eventus; itaque prius est adimpleri conditionem, quam perfici contractum: unde in cap. 2. diximus, impossibile esse aliam institutionem; *Si Cæsus hæres erit, filius eius res esto*; quia Cæsus hæres esse non potest nisi prius ratione filius exhereditatus sit, autem conditione, exhereditatio tunc posterior Cæsi hæredis institutione, non repugnat.

Igitur consensus perficiens Matrimonium, sive contractus perfectus Matrimonii, posterior esse debet copulæ, vel consensu in copulam. At tunc tam ostenditur in copulam, quam copula elicitur. Ergo nunquam potest esse licita, nisi prius sit perfectum Matrimonium. Nam si verò conditio ejus generis est, ut in conditione Matrimonio, non possit non esse turpis, ut non sit turpis, jam debet esse perfectum Matrimonium, & ex consequenti potest esse suspensum usque ad eventum conditionis. Et idem dicendum de conditione, quæ nisi perfectum Matrimonium non potest non esse turpis, ut in complexu, aut quæ necessario Matrimonium, ut communis est in foro.

Quare rectè dixerunt nonnulli interpretes, quos refert Sanchez de conditione hanc non habere vim conditionis suspensionis, quia tacitè inest ea conditio potest non esse perfectum Matrimonium. Vel potius ego dicerem; illa conditio dicari modum, secundum quem contrahi Matrimonium, scilicet, non potest vivendum, sed ad vacandum esse liberorum, juxta ea, quæ de fine Matrimonii in copulam diximus sup. lib. 1. c. 20. Hactenus Pontius. Consequenter que ad sua principia, quæ loco citato rejecimus, & idè hic suspensum rejiciendis. Videantur ibi dicta.

Venio ad 2. conditionem: *Si copiam tuam in venero*, de qua docet Sanchez de conditione si intelligatur, per perfectum Matrimonium vel aliam justam indaginem, non potest esse suspensum; quia est conditio licita, sed suspensum; quia est conditio licita, sed verò intelligatur per concubium, & quæ turpis, quia incitat ad peccandum, & quæ conditio virginittatis honesta sit, ut quæ

apponitur, ut turpiter exploranda, est turpis & inhonesta; unde merito eâ rejectâ remanet contractus purus.

Hanc doctrinam approbat Aversa supra, §. Septimo demum; quamvis existimet, illam conditionem, etiam priori modo intellectam, non esse urbanam conditionem; nec abhonestam muliere acceptandam. Porro Pontius supra num. 6. cenſet Sanchium hîc sibi non constare, quod sic ostendit. Hæc conditio: Si te virginem invenero per concubitum, æquivaler huic: Si tecum concubero; ad explorandam virginitatem. Ergo eodem modo Sanchez judicare deberet de ista, ac de illa, de qua paulò supra: Si tecum concubero. Sicut ergo dixit, illam aliquando suspendere, si sermo sit de copula licita, idem etiam de ista dicere debuisset. Hæc ille.

366. Ego autem dico quòd posterior conditio potest esse sola copula, prior verò copula est & virginitas, seu cognitio vel inventio virginitatis per copulam; ex quo fieri potest, ut hæc copula sit vera fornicatio, quia copula cum persona non sua; secùs illa copula; quia per illam perficitur semper Matrimonium, tanquam per signum consensûs absoluti de præſenti, ad eò que semper est copula cum sua, non quidem sua antecederet ad copulam, sed concomitanter. Ergo hæc conditio; Si te virginem invenero per concubitum, non æquivaler huic: Si tecum concubero. Cùmque semper animus, saltem unius partis, ejus videlicet, quæ vult invenire virginitatem, sit anceps, nunquam poterit concubitus ille esse licitus, quia vult eum, tamen foret fornicarius, sive vult eum cum dubio fornicationis; quia cum dubio virginitatis, ad quam tamen alligavit suum consensum.

367. Sed nunquid eodem modo philosophandum de 3. conditione, scilicet: Si in primo concubitu mihi placueris? Videtur quòd sic. Nam semper etiam hîc est animus anceps; adeòque concubitus ille nunquam potest esse matrimonialis, quia semper est dubia illa complacentia in concubitu; proindè qui sic volunt concumbere, exponunt se manifesto periculo fornicationis, quia volunt concumbere, tamen non adfit illa complacentia, quæ merè per accidens conjungitur; atque adeò semper est conditio turpis, utpotè quæ non possit evenire sine peccato.

368. Sed audiamus Pontium supra num. 7. Si sermo, inquit, sit de exploranda virginitate per concubitum illicitum, turpis est, & rejicienda. Si de exploranda virginitate per concubitum licitum, non suspendit; quia ut perfectus sit contractus, necesse est, ut concubitus liceat; attamen tunc explo-

rata virginitas, aut defectus illius, non est conditio resolutoria, quæ vel vitiat Matrimonium, quia est contra substantiam Matrimonii, vel nihil nocet. Eodem etiam modo philosophandum est de ista conditione: Si mihi placueris in primo concubitu. Si sermo sit de primo concubitu honesto, non suspenditur conditio ex vi concubitus; sed si complacentia illa ponatur tanquam conditio resolutoria, quæ est contra substantiam contractûs Matrimonii, vel vitiat Matrimonium; vel nihil nocet. Sensus enim est: Contraho tecum; et si postea concumbens tecum, non te invenerim virginem, vel displicueris, Matrimonium sit nullum. Hæc ille, juxta sua principia.

369. Quærit autem ibidem num. 8. quid dicendum de ea conditione: Contraho, vel, contraham tecum, si decem mihi dederis. Et quidem, inquit, in hoc certa juris dispositio est, eam conditionem non esse turpem, cùm valeat apponi in sponsalibus, etiam juratis, juramentum autem non potest esse iniquitatis vinculum. Sic constat ex cap. De illis, de Condit. appositis, ibi: Si verò aliquis sub hujusmodi verbis: Juramentum alicui mulieri præſtiterit: Ego te in uxorem accipiam, si tantum mihi donaveris: Reus perjurii non habebitur, si eam nolentem sibi solvere, quod sibi dari petiit, non acceperit in uxorem. Ubi Gloss. verb. Si tantum, ait: Talis conditio licita est in sponsalibus, ut hîc patet. si tamen in modum pænæ adſciatur; ut, Si tecum non contraham, dabo centum, non valet.

370. Sed huic Pontificis decisioni obſtare videtur (inquit Pontius supra num. 9.) responsum Celsi Jure-Consulti in l. Si ita stipulatus fuero, §. Si tibi nupsero, ff. de Verb. oblig. Si tibi nupsero, decem dare spondes? Causa cognita denegandam actionem puto. Nec raro probabilis causa ejusmodi stipulationi est. Item si vir à muliere eo modo, non in dotem, stipulatus est.

Ex quo liquet, eam conditionem reprobari in jure tanquam turpem, cùm per illam reddantur quodammodo venalia Matrimonia, contra bonos mores, l. 2. ff. de Donat. inter virum & mulierem. Ubi redditur ratio, quare non valeant donationes inter virum & mulierem: Quia sepe futurum esset, ut discernerentur Matrimonia, si non donaret is, qui posset, atque eâ ratione eventurum, ut venalitia essent Matrimonia. Sicut ergo non valeret talis promissio constante Matrimonio, l. 3. cod. §. 1. ibi: Et si stipulanti promissum sit, vel accepto latum: nihil valet, ipso enim jure, quæ inter virum & uxorem donationis causâ geruntur, nullius momenti sunt. Ita &, si in id tempus promissio conferatur, l. Quod sponsæ, 4. Cod. de Donat. ante nuptias. Quod sponsæ eâ lege

E e e e

369. An hac conditio: Si decem mihi dederis, sit turpis.

C. 3. de Condit. ap.

370. An pars affirmans bene probetur ex l. 97 ff. de Verb. oblig.

L. 2. ff. de Donat. inter virum & mulierem.

L. 3. cod. §. 1.

donatur, ut tunc dominium ejus adipiscatur, cum nuptiæ fuerint secutæ, sine effectu est.

371. Ostanditur quod non, ex Pontio.

Verum facile respondetur (prosequitur Basil. sup. n. 10.) non omnino excludi eam conditionem, ut turpem, à Celso; sed quando non subest probabilis causa ejus promissionis & honesta, dotis scilicet aut similis, ad onera Matrimonii portanda, vel ad compensandum ætatis aut qualitatis excessum. Et idem expressè dicitur in textu: *Causa cognita actionem denegandam*, id est, si non reperiatur justa causa ejus stipulationis. Quare non statim ea conditio: *Si decem dederis*, rejicienda est, sed adhibenda à judice cognitio causæ, an ex honesta & justa causa facta fuerit.

L. fin. ff. de A& oblig.

Quod & confirmat elegans textus in l. fin. §. *Seja*, ff. de Act. & oblig. ibi: *Respondi, ex personis causisq; cum cujus notio sit, estimaturum, an actio danda sit.* Valet itaque ex honesta causa ea conditio: *Si centum mihi dederis*, ex causa tamen lucrativa. Addendum tamen, multò certius esse, si ab alio extraneo ea conditio apponatur, valere, ut: *Dabo 100. Seja, si nubat Titio*, l. 1. Cod. de Instit. & subtit. etiam si cum illa foemina, extraneus ille antea rem habuisset; licet enim promissione invitare ad Matrimonium. Hactenus Basil.

372.

An jam dicta locum habeant etiam in sponsalibus. Pars negans probatur.

Quæro autem ego; an ea quæ hucusque dicta sunt de conditione impossibili & turpi, non tantum locum habeant in Matrimonio, sed etiam in sponsalibus, quæ sunt via ad Matrimonium? Et videtur quod non. Primò; quia dictum cap. fin. est correctorium juris naturæ, secundum quod conditio impossibilis irritat, & turpis suspendit consensum; ergo non est extendendum, sed potius restringendum; arg. Reg. 28. de Reg. juris in 6. *Quæ à jure communi exorbitant, nequaquam ad consequentia sunt trahenda.* Et l. *Quod contra*, ff. eod. *Quod contra rationem juris receptum est, non est producendum ad consequentia.* Porro dict. cap. fin. loquitur de solo Matrimonio; ergo non est extendendum ad sponsalia.

373. Secunda prohibio.

Secundò; quia dict. cap. fin. rejicit conditionem impossibilem & turpem à Matrimonio, favore illius, id est; quia Matrimonium est contractus favorabilis; atqui sponsalia non sunt contractus favorabilis; ergo &c. Minor probatur; quia in cap. *Series*, 26. & cap. *Cum in tua*, 44. de Test. & attest. deciditur, posse post publicatas attestaciones, recipi testes ad improbandum impedimentum, objectum contra Matrimonium contractum, quod est in Matrimonii favorem, ut notat Gloss. cap. *Furavit*, 6. verb. *Partibus*, de Probat. & tamen in sponsalibus non admittuntur testes publicatis attestacionibus, ut habetur dicto cap. *Furavit*, docentque ibi Gloss. verb. *Partibus*, Abb. ibi n. 2. & omnes. Cum ergo sponsalia non sint favo-

abilia, uti est favorable Matrimonium, favor concessus d.c. fin. Matrimonio, non est extendendus ad sponsalia.

Respondet Sanchez supra n. 3. non probri ex iis textibus, sponsalia non esse contractum favorabilem, sicut est Matrimonium nam etiam in Matrimonio non semper publicatis attestacionibus admittuntur testes: quare d.c. *Cum in tua*, non absolute definitur, sed cum limitatione, scilicet: *hoc casus*, ubi Gloss. *Id est, inquit, in casu matrimoniali.* Sic exponit Jo. & secundum hoc tenet, quod si aliqua pari probatis attestacionibus, pars alia publicatis attestacionibus, non improbare consanguinitatem.

Et aliquibus interpolis sic ait: *Et tunc est id quod dicitur, in hoc casu, non probatur sic exponere, id est, in causa matrimoniali, directè; quia nec ibi publicatis attestacionibus, eadem parte, de juris rigore debet dicitur eodem articulo, & eodem modo tractatur etiam in causa appellacionis, sup. ad. *Series*, sed sic debet exponi, in hoc casu, id est, non probata est consanguinitas contra Matrimonium; poterit altera pari probatis attestacionibus, improbare consanguinitatem, ut in cap. *hujus* cap. cum agitur de sponsalibus, ut dictum est. Idem est in alio casu, ut supra eodem: *Ex tenet.**

Et ratio est: quia in dissolutione Matrimonii subest periculum anime, dissolvendis sponsalibus; ut docet dict. cap. *Furavit*, verb. *Partibus*, test. dicitur super isto contrario, quod dicitur, loquitur in Matrimonio, unde admittuntur ibi testes in Matrimonio, quod ad ostendendum, quod Matrimonium non est contra rationem juris, unde dicitur: *unde stricte est ibi agendum, licet ex equalitate, &c. infra de Testibus.* Licet ex equalitate, loquitur in contrahendis, unde periculum est super prohibitione, unde jungantur: unde ante aperitur non probatur probari in contrarium; sed in Matrimonio, jam contracto, probatur, quare ibi admittuntur etiam testes, quia sententia contra Matrimonium, non transit in rem judicatam, & falsitate probata &c.

Quare (ut bene ait Abbas ibi) quando in sponsalibus subest periculum anime, admittuntur etiam testes publicatis attestacionibus: ut si improbandum contra sponsalia nondum probatum est, publicatis attestacionibus, admittuntur testes, ad id probandum, admittuntur testes, ne sequatur anime periculum, si improbandum perfererent sponsalia per Matrimonium, Sanchez ad ultimum argumentum probationis negativa.

B
Sac
Matrimonii

Ad primum autem dicitur: quando decretum correctorium non est in poenam, nec in alicujus odium, sed declaratorium voluntatis ob bonum commune, & favore contractus, extendi debere ad casum similem, & in quo similis ratio militat: at cap. fin. non statuit rejcti conditiones impossibiles ac turpes à Matrimonio, in odium & poenam adjectionem: nam similiter rejceret à cæteris contractibus; sed id definit favore Matrimonii, ut potius conservetur, quam pereat, ut ibi dicitur: cum ergo sponsalia dispositio ad Matrimonium & via sint, idem favor ad ea extendi debet; expedit enim ad Matrimonii bonum conservari sponsalia.

Atque hæc sit ratio sententiae affirmativæ, quæ, ut ait Sanchez supra n. 2. est concors omnium DD. ratio, inquam, sit, quod sponsalia sint initium quoddam Matrimonii; atque ita dispositum in Matrimonio, ceteri debeant dispositum in sponsalibus; l. Oratio, 16. ff. de Sponsal. Oratio Imperatorum Antonini & Commodi, quæ quasdam nuptias in personam Senatorum imbibuit; de sponsalibus nihil locuta est, rectè tamen dicitur, etiam sponsalia in his casibus ipso jure nullius esse momenti; ut suppletur quod orationi deest. Et quamvis fatear (inquit Sanchez supra) hanc rationem non multum urgere, & facile dilui posse: at ea, adjuncta communi omnium DD. intelligentiâ illius cap. finalis, & ita ab initio receptum esse, fortissimè urget.

Hanc sententiam, quantum ad conditiones turpes, docent inter alios Doctor Angelicus S. Thomas 4. dist. 27. q. 2. a. 1. in corpore, & Doctor Seraphicus S. Bonaventura 4. dist. 28. q. 3. n. 13. ibi: Aut enim est conditio honesta aut inhonesta. Si est honesta, si ante conditionem, stant sponsalia, non stante, non stant, ut si quis dicat: Contraham tecum, si placuerit patri meo, et si tu volueris converti ad fidem. Si autem est inhonesta, duplex est. Aut est contra substantiam Matrimonii, aut non. Si contra substantiam Matrimonii, tunc nulla est obligatio: ut si dicat: Contraham tecum, si procuraveris venena sterilitatis, vel aliquid hujusmodi. Si autem est inhonesta, & non contra substantiam Matrimonii, ut si dicatur: Contraham tecum, si furatus fueris, vel, si Deum offenderis, talis conditio pro non adjecta habenda est. Et hoc totum probatur per illa, quæ dicuntur extra in 4. lib. de Conditionibus apposis in deponatione. Atque hæc factis de conditione impossibili & turpi.

Ex quibus nullatenus sequitur, Ecclesiam facere Matrimonium validum, quod antea erat invalidum. Quid ergo facit? Respondet: ad summum per dictum caput finale facere, ut quod ante illud fuisse invalidum, jam censetur validum. Sicuti quando re-

duxit affinitatem ex copula fornicaria, ad secundum gradum, fecit, quod Matrimonium in quarto gradu sit validum, quod ante reductionem erat invalidum.

Sed nunquid eadem ratio seu dispositio illius conditionis, quæ est contraria substantiæ Matrimonii, aut bonis ejus? Responso negativa liquido constat ex dicto cap. fin. Sit igitur

CONCLUSIO IX.

Si conditiones contra substantiam Matrimonii inserantur; puta, si alter dicat alteri: *Contraho tecum, si generationem prolis evites: vel, donec inveniam aliam honore vel facultatibus ditioem: aut, si pro questu adulterandam te tradas:* Matrimonialis contractus, quantumcunque sit favorabilis, caret effectu.

Unt ipsissima verba dicti cap. finalis de Condit appos proinde hæc Conclusio solum indiget expositione, seu explicatione. Ut autem plena sit, distinguendum & diligenter considerandum videtur (inquit Averla hic q. 5. sect. 5. §. Pro resolutione) dupliciter apponi posse conditionem in contractu: uno modo per viam suspensionis, alio modo per viam obligationis.

380. Duplici modo apponi potest conditio in contractu. Aversa.

Apponitur per viam suspensionis, quando contrahens non aliter intendit valere, & perfici suum contractum, nisi verificetur illa conditio: ideoque tunc suspenditur valor contractus ad ejus conditionis eventum.

per viam suspensionis,

Apponitur per viam obligationis, quando contrahens intendit, tunc quidem absolute inire contractum, sed sub certis pactis & obligationibus cum altera parte, intendens illi imponere talem obligationem, siue exigens ab illa talem promissionem, & si altera pars acceptat hujusmodi obligationem, firmat promissionem.

381. Et per viam obligationis.

Quo casu passim dicuntur humani contractus celebrati cum certis conditionibus & pactis: ubi sanè non remanet suspensus contractus usque ad conditionis implementum, sed ex tunc firmus & absolutus est contractus, cum obligatione tamen partium ad servandas & adimplendas conditiones impositas. Et passim in contractu Matrimoniali, siue sponsalium, prævio ad Matrimonium, solent apponi tales conditiones seu obligationes, videlicet ut solvatur tanta dos, intra tantum tempus & similia: nec tamen suspenditur valor Matrimonii, usque dum impleatur